

## Uparatipomenon II

Deminiitq; ioathan cum patrib; suis.  
et sepelierunt eum in ciuitate dauid. et re-  
gnauit achaz filius eius pro eo.

### XXVIII

**U**iginti annorum erat achaz cum  
regnare cepisset. et sedecim an-  
nis regnauit in hierusalem. Non  
fecit rectum in conspectu domini. sicut da-  
uid pater eius. sed ambulauit in uis re-  
gum israel. insuper et statuas fudit baa-  
lim. Ipse est qui adoleuit incensum in  
ualle bennon. et lustrauit filios suos in ig-  
ne iuxta ritum gentium quas interfecit  
dominus in aduentu filiorum israel. Sa-  
crificabat quoq; et thymiama succende-  
bat in excelsis. et in collibus. et sub omni li-  
gno frondoso. Tradiditq; eum dominus  
deus eius in manu regis syrie: qui percus-  
sit eum magnamq; predam cepit de ei-  
us imperio: et adduxit in damascum. Mani-  
bus quoq; regis israel traditus est: et per-  
cussus plaga grandi. Occiditq; pbacee  
filius tomelie de iuda centum viginti mi-  
lia in die uno omnes viros bellatores: eo  
quod reliquissent dominum deum patrum  
suorum. Eodem tempore occidit zechri-  
vir potens ex ephraim maasiam filium re-  
gis. et ezyca ducem domus eius: helcha-  
nam quoq; secundum a rege. Ceperunt  
q; filij israel de fratribus suis ducere mi-  
lia mulierum puerorum. et puellarum. et  
infinitam predam. pertuleruntq; ea in  
samariam. Ea tempestate erat ibi pphet-  
ta domini nomine obed. qui egressus ob-  
uiam exercitui venienti in samariam. di-  
xit eis: Ecce iratus dominus deus patrum  
vestrorum contra iudam: tradidit eos in  
manibus vestris: et occidistis eos atroci-  
ter. ita ut ad celum pertingeret vestra cru-  
delitas. Insuper filios iuda et hierusalem  
vultis vobis subijcere in seruos et ancil-  
las: quod nequaquam factu opus est. Pec-  
castis enim super hoc domino deo vestro.  
Sed audire consilium meum: et reduci-  
te captiuos quos adduxistis de fratrib;

vestris quia magnus furor domini immi-  
net vobis. Steterunt itaq; viri de princi-  
pibus filiorum ephraim. azarias filius io-  
hannan. barachias filius mosollamo. et  
ezechias filius sellum. et amasias filius  
hadali. contra eos qui veniebant de prelio  
et dixerunt eis: Non introduceris hic ca-  
ptiuos: ne peccemus domino. Quare vul-  
tis adijcere super peccata nostra: et vete-  
ra cumulare delicta? Grande quippe pec-  
catum est: et ira furoris domini imminet  
super israel. Dimiseruntq; viri israel bel-  
latores predam. et vniuersa que ceperant  
coram principibus et omni multitudine: ste-  
teruntq; viri quos supra memorauimus.  
et apprehendentes captiuos omnesq; qui  
nudi erant. vestierunt de spolijs. Cuncti  
vestissent eos et calcassent. et refecissent ci-  
bo ac potu. vniuersisq; propter laborem.  
et adhibuissent eis curam: quicumq; am-  
bulare non potuerant. et erant imbecillo  
corpe: imposuerunt eos iumentis. et ad-  
duxerunt hiericho ciuitatem palmarum  
ad fratres eorum: ipsiq; reuersi sunt in sa-  
mariam. Tempe illo misit rex achaz ad  
regem assyriorum. postulas auxilium. Ve-  
neruntq; idumei et percusserunt multos ex  
iuda. et ceperunt predam magnam. Abi-  
lithim quoq; diffusi sunt per vrbes cam-  
pestres et ad meridiem iuda: ceperuntq;  
bethsames et abilon et gadiroth. socho q;  
et thanna et ganzo cum viculis suis et ha-  
bitauerunt in eis. Humiliauerat enim do-  
minus iudam propter achaz regem iuda.  
eo quod nudasset eum auxilio et contemptum  
habuisset dominum. adduxitq; contra eum  
theglatphalassar regem assyriorum qui  
et afflixit eum. et nullo resistente vastauit.  
Igitur achaz spoliata domo domini et domo  
regum ac principum. dedit regi assyriorum  
munera: et tamen nihil ei profuit. Insuper  
tempore angustie sue auxilium precepit a do-  
minum. Ipse pro se rex achaz immolauit  
dijs damasci vicinas percussoribus suis. et  
dixit: dijs regum syrie auxiliantibus eis. quos